presentis inscriptionis dilationem non petendo hoc adiecto quod quicquid obmissit specialitas hoc totum concludat generalitas atque contra quicquid autem ipse Hieronimus Klopbask cum suis successoribus in an[illegible] xilium contra presentem inscriptionem eiusque effectum tempore vellet attentare eo toto causa sua perdere et amittere debet atque super solutionem prefatorum duorum terminorum hominibus solutis et vigore inscriptionis presentis atque omnibus ea contentis tam in toto quam in parte ipse Hieronimus Klopbask cum suis successoribus satisfacere tenebitur quoniam necessarium fuit utilitate et tenebuntur nullatenus soluti tenentur in premissis obstare super quod inscriptio posita est.

10/X. Actum in Castro Premislien feria tercia post festum Sancti Francisci Confessoris proxima. Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo.

Stharzawski et Tharlo

Comparens personaliter coram officio et actis presentibus castrensibus Premislien nobilis Iwan Stharzawski recedendo a more suo quoniam tunc foro competente atque hunc presenti inscriptione castrensi quingentarum cum bonis successoribus suis omnibus nec praeiudicio patam [illegible] Generoso Nicolao Tharlo de Szczekarzowice debitoribus et est debitus certi debiti mutuatique Premislien tenetur et est debitus decem marcarum pecunie monete et numeri polonicalis hinc pro die et festo Circumcisionis Christi domini proxime ventura dare et solvere totaliter et plenarie hic in Castro Premisliensi et circa acta castrensia capitalia Premislien reponere. Casu vero quo si ad inquam summam prefatam pro die et tempore prefato superius expresso non solveret tunc pro die non solverint et tunc inscribit et obligat in summam aut successores non solverint et tunc inscribit et obligat in summa eadem dare et libere admittere realem intromissionem et actualem possessionem in duos kmethones sic dictos Roman et Wasko Kobilka possessos in duabus areis residentes in villa Rossochi quos habet in obligatione a nobili Hanko Hop Tharlieczki in summa certa pecuniaria ac quibuscumque inscriptionibus per manutentionem terrestrem Premisliensem quamvis sub vadio simili summe decem marcarum pecunie quae bona tenebit habebit et possidebit ipse Nicolaus Tharlo cum suis successoribus cum omnimodo dominio et proprietate et cum omnibus eorundem bonorum attinentiis pertinentiis fructibus proventibus atque utilitatibus quibuscumque attinentibus quibuscumque dicantur nominibus et cognominibus nihil pro se et suis successoribus eximendo et reservando sed ita prout solus tenuit habuit et possidebat ab ipse accepto possessionis ad festum Christi proxime venturum et in defectu proxime exemptionis ad aliud simile festum natalis Christi venturum et sic ab anno ad annum annis sese continue et

integraliter sequentibus usque ad plenariam summe prefate persolutionem atque terminorum prefatorum exemptionem iuxta cursum et consuetudinem terrestrem. Et hoc ac insuper idem Iwan Stharzawski cum suis successoribus ac presentibus cum successoribus suis inscribit et obligat super omnibus bonis suis, ac obligatoriis mobilibus et immobilibus eidem Nicolao Tharlo et eius successoribus in dictis bonis et bonis quibuscumque impedimentis quarumcumque personarum sexus status et conditionis cuiuscumque existentium. Nec non ab omnibus intromissionibus inscriptionibus prioribus et posterioribus debitis, vinculis, reformationibus, oblatis, collateralibus, admonitionibus mutuatis, quae dimissarum cuiuscumque personarum fuerit et fuerint. Nec non ab aliis attemptis, contentionibus quae personarum fuerit et fuerint [illegible] licentiis in bonis prefatis possit et ponere lucris perlucris penis vadiis triplicatis in bonis prefatis perducere et perducendo tenebitur quoniam necessarium fuit tenere, defendere ab bona prefata munda et libera facere. Nec habet in bonis predictis innovare aut quemquam [illegible] possessorem prepedire et admittere ipse et submittere subordinationes personas sub vadio simili summe decem marcarum pecunie. Inscribitque se successoresque suos idem Iwan Stharzawski cum suis successoribus in presenti inscriptione castrensi Premislien et hoc ad acta terrestria Premislien primis [illegible] terminis terrestribus Premislien transferre et transportare sub vadio simili summe decem marcarum pecunie quoquidem vadio si se ipse Iwan Stharzawski cum suis successoribus eidem Nicolao Tharlo atque eius successoribus coram iudicio terrestri Premislien sive officio castrensi Premisliensi citare permiserit et successores permiserint. Et tunc recedendo a more suo quoniam tunc [illegible] terminis [illegible] peremptoriis satisfacere prefatis vadio et [illegible] seu officio non recedendo satisfacere dat et successores tenebuntur. Et terminus ipse primus peremptorius nullis modis aliis collateralibus attemptis, tractationibus, exemptionibus, mobilibus appellationibus, aut quarumcumque dilationibus sequentibus, tenore, maiori, legalibus aliquibus impedimentis non differendum. Instigatorque fundatoque se expediendum. Neque etiam inscriptionemque presentis inscriptionis dilationem non petendo. Et ex acta presentia castrensia Premislien, pena tum marcarum et triplici pena hoc idem vadio non evadendo. Quicquid nihil in auxilium contra presentem inscriptionem eiusque effectum cum premisso suo et suorum successorum sub amissione totius cause atque solutionem vadii et vadiorum tenebitur quoniam opus fuit nulla facere solutionem vadii in premissis obstando super quo demente solutum est officio.

11/X. Actum in Castro Premislien feria quarta post festum Sancti Francisci Confessoris proxima Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo. Coram officio

Grochowscy donant Krasicz

Comparentes personaliter coram officio et actis presentibus castrensibus capitaneis Premislien nobiles Andreas et Albertus Grochowsczy